

## De assumptōe virgīs marie

meis esse satiati. Sic omnibus gaudentibus et laudantibus deum: quod velle inquit trigesimus: hoc modo nos quotidie pasceres. Hodus inquit ille vbiq; seruadus est: vbiq; amandus: si vobis cordi est ad deum redire noster. His dictis facto disputatio nis sine discessimus.

**Explicit liber beati Augustini de beata vita.**

**Diui Aurelij augustini hipponensis episcopi de assumptione beate virginis marie in corpore et aia Liber incipit. Solutio et responsio omnium preclarissima**

**I**n interrogata de virginis et matris domini resolutione temporali et assumptione penitus: quod in religia responsurum: te deus omnipotens pater voto suppliciter oro: ut qui mandas nubibus et pluuit imbres. qui ratis montes et fumigant. qui aperis terram et germinat: quid dicam iubeas: quid proferas probeas: ad quid sermonem dirigam aperias. Venerabile enim mihi est domine: et precordium meis reuerendissimum: de matre filij tui loqui: et de sanctissimo corpore eius linguam sermonibus occupare. Que sola meruit deum et hominem paritura suscipere. facta thronus dei et aula regis eterni: pro qua nos docuisti per sanctos tuos patriarchas prophetas et apostolos: figuris et sermonibus quibus credimus et certi sumus: quod nunquam sefellisti: qui nec fallere nec falli novisti: ostendens filium tuum coeternum tibi et consubstantialem incarnatum: et incarnatum per virginis uterum: de qua carne assumpsit qui corporalia cuncta tecum creauit auctor admistratoz et deus: ab homine factus est homo. ab ea natura sumens non originem: sanctificante spiritu sancto tuo in ea uterum humanum et purificante atque mundante ad preceptionem filij tui: cuius dignitatis et gratie effectum nec cor concipere nec lingua valet exprimere. Non est talis conceptus talibus par-

tus: nisi deum decuerat: qui venerat redimere quos voluit creare: creare profecto potestatem: redimere humilitatem: humilitatis naturam sumens sanctam de sacrificio corporis: et immaculatam de immaculato. Ineffabile enim sacrificatio gratiam quam concipiens subuit: conceptus et natus non abstulit. Que quantum in corpore valuerit virginis: illi soli notissimum est: qui de eius natura naturam suscepit quam condidit. Per quem te queso domine: quod pro illa bona cuncta tribuis: que ut tribuas eligis: ut me inoffense de tanta sanctitate loqui tribuas. Et si non totum ut est: quod impossibile omni lingue humane est. tamen ipsum et pro quo est dicat ut est. Donet gratiosissimum suscipio: sanctissimum certa sanctitate inestimabilissimum nudissima veritate. Que quod humanam rationem excedit. spiritus tuus assidue suo sacro spiramine inducat in omnes dicendorum veritates. ut quia de eius corpore et aia loquendum est: quod ipse propter naturalem usum sanctificauit et gratiam conuulit: non aliam nos dicere patiamur: sed propria ad laudem et gloriam tuam deus omnipotens pater: et ad honorem eiusdem filij tui per virginem nati: et eiusdem spiritus sancti dei et domini nostri: quod est tibi regnum et imperium in oia secula seculorum Amen.

**Explicit premissum Incipit liber**

### Via profundis

**Q**uoniam sine et sua dignitate altissime sum responsurus questionibus: lectorem meum obsecro: ut pro me deprecetur: et si qua a me pleniter cognouerit donis dei gratias excuset. Sin autem minus nre concipiamur humilitati. Quia si minus valeamus vera tamen proculdubio volumus. De sanctissimo igitur corpore perpetue virginis marie eiusque sacre aie assumptione: quod deus donauerit loqui suscipietes. hoc primum dicimus quod in diuis scripturis postquam dominus in cruce inter discipulos commedauit. ut castitas castis tueretur obsequiis: nihil de ea reperit propter id quod lucas commemorat in actibus apostolorum: commemorans eiusdem nominatum dicens. **Di** oes erant presenantes unanimiter in oratione cum mulieribus et maria matre ie-